Podwysockich Coniugum. Mutua Advitalitas.

Comparentes personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castren(sibus) Capitanealibus Premislien(sibus) Nobilis Zacharias Podwysocki filius Nobilis Pauli Podwysocki Cum Nobili Marina Kirnicka Consorte eius legitima procreatus filius ab una et Fenna Craykowska filia Nobilis Wasko Craykowski eiusdem Nobilis Hala Komanicka Consorte eius legitima procreata filia parti vero Nobilis Zacharias Podwysocki Consors legitima parte ab altera Cum eiusdem Mariti sui uti Tutoris Coniugalis personali assistentia et ultroneo ad infrascripta recognoscenda Consensu Sani mentibus et Corporibus existentes à Terrestribus Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et Competentibus recedendo praesenti vero Castren(sis) Capitan(ealis) Premislien(sis) Iurisdictioni quoad Actum hunc attinet Se cum Successoribus ac Bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque Subiiciendo palam libere publice ac manifeste recognoverunt et quilibet illorum seorsim suo pro Interesse Recognovit. Quia ipsi sibi mutuo et invicem Unus alter alteri omnium generaliter Bonorum suorum haereditariorum et Obligatoriorum mobilium et immobilium Summarumque quarumvis pecuniariarum necnon auri argenti Clenodiorum Vestium Vestimentorum Equorum Equitiarum Pecorum Pecudum ac totius Suppellectilis domesticae nunc habitorum et in posterum habendorum in quacunque materia et forma existentium nunc habitorum et in posterum habendorum Advitalitatem et Usumfructum ad extrema duntaxat Vitae Utriusque sui Regnantium tempora dederunt Concesserunt et inscripserunt tali videlicet modo et Conditione quod si prius praefatum Nobilem Zachariam Podwysocki Maritum quam praefatam Nobilem Fennam Craykowska Consortem eius mori et hac luce

1340.

decedere Contigerit extunc eadem Nbilis Fenna Podwysocka Consors ipsi Bona supraspecificata omnia ac Res vniuersas omnes morte praefati Mariti sui derelictas cum omni Iure dominio proprietate et quauis competentia tenebit habebit et possidebit illisque vsufruetur ad extrema duntaxat vitae suae tempora. Post mortem vero eiusdem Nbilis Podwysocka Bona eadem et Res vniuersas morte mariti illius derelictas ad Successores Mariti sine quauis Contradictione Successorum Consortis illius deuoluentur et deuolui debebunt. Similiterque quoque si prius praenominatam Nbilem Fennam Podwysockam Consortem praefatum Maritum eius mori et de hac Luce decedere Contigerit extunc idem Nbilis Podwysocki Maritus eius Bona omnia mobilia et immobilia morte praefatae Consortis suae derelicta Cum omni Iure aduitalicio et quauis proprietate tenebit habebit illisque vsufruetur ad extrema duntaxat vitae suae tempora. Post mortem vero eiusdem Nbilis Podwysocki Mariti haec eadem Bona morte Consortis illius derelicta ad Successores Consortis eiusdem suae sine quauis Contradictione Successorum Mariti illius Cum pleno Iure deuoluentur et deuolui debebunt. Ipsi suis mutuis Recognitionibus ad praemissa mediantibus.

10/XII 1669

Feria Tertia post Festum Immaculatae Conceptionis Beatissimae Virginis Mariae proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo nono.

Winnicka Kulczyckiegu Cedre.